V I X I T

Dilectiſsimus nobis in Christo Confrater Adm Reverendus, Religioſiſsimus, ac Eximius Pater Dominicus Gaſsmayr, Salisburgi, per honestis Parentibus natus, ibique Scientiarum ornatu ap=prime excultus, quibus qua Sacerdos ad cap=tanda animarum Lucra strenue est usus, Coope=rator primum ad B: V: M: in Neustift, dein in civitate Cæsarea Styrensi, ac demum Parochus in Sternberg Curator animarum ubique laudatus, et amatus.

In Religione 21 in mundo 41 annis,
Et mortuus eſt.
Rotulares breviter expedimus,
Quia defunctus noſter fors alibi
Jam ingemiſcit:
Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt.
Multum incola fuit
Anima mea
Ingemiſcentem unice recommendamus
Ad Officium Defunctorum.

Ad-

Admittite
Colendiſſimi DD. Confœderati,
Ut
Suggeramus vobis aliquid
Defuncti nomine, Pauli verbis:
Obſecro ergò Vos Fratres, per Dominum noſtrum JEſum Chriſtum, & per Charitatem S. Spiritus, ut adjuvetis me in Orationibus veſtris pro me ad Deum. Rom. 15.

Valete

Dabamus è Monaſterio Garſtenſi Ord. Sancti Benedicti, ipſiſſimâ mortis 28 April: Anno 1769.

Colendiſſimis DD. Confœderatis

Maurus Abbas Mppria

Addictiſſimi P. Wirntho p.t. Prior et Conventus.